SYLVESTRI ZACCHIAE
I.C. ROMANI
ADDITIONES
AD SVAS RESOLVTIONES de obligatione Camerali.



ROMAE M.DCXIX.
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.
Ceſar Fidelis Vicesger.

Ego infraſcriptus Additiones quaſdam D. Syluestri Zacchiæ ad formam Cameralis Obligation. librum aliàs ab ipſo editum Iuſſu Reuerendiſs. P. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri vidi, & diligenter perlegi, & nihil in eis reperi quod vel bonis moribus, vel Religioni aduerſetur. Romæ die 18. Iunij 1619. *Ita eſt Angelus Lucianus J. V. D. & Pontificij Iuris profeſſor Ordinarius in Alma Vrbis Gymnaſio.*

Imprimatur Fr. Gregorius Donatus Romanus, Magiſter, & Reuerendiſs. P. Magiſtri Sac. Pal. Apoſt. ſoc.



IO. BAPTISTÆ ZAZZERÆ

Vtriusque Signaturæ Referendario, & Sacræ Consultæ à Secretis meritiss.

Syluester Euchbias. S.



Dnarpi onlus meæ ad tractatum de obligatione Camerali ad te veniunt, quæ si doctrinam potius, quam gratum animum profiterentur, erubescerent profectò, neque ad istam iuris prudentiæ officinam se se, nisi verecundè conferrent: facilis etiam illis ad te videtur futurus aditus cum lucubrationes ipsæ, quibus hæc addidi, in illius sinu receptæ sint annis superioribus, cuius Maiestas omni humano fastigio maior est. Ne repellas igitur confugientem ad te, & paulisper ad hæc inferiora ab ista dignitate, & grauissimis occupationibus tuis deuocari te æquo animo feras, Etenim qualiacunque sint hæc ingenij mei monumenta, certè quod tuo insignita nomine prodeunt, non sine laudibus à laudatis viris accipienda confido. Quãquam multo laudabiliora hæc essent si non sine beneficentiæ tuæ commemoratione prodirentur, & sanè quæ tu in me contulisti beneficia, & amoris indicia, per-

libenter hic commemorarem, ni optimè intelligerem, non eum esse me, qui virtutes tuas beneficentiáq; enarrare valeam, præsertim quæ epistola modo vix, aut ne vix quidem comprehendi possunt. Id vnum asseram quæcunque in me contuleris, te non impressisse leuiter, sed trabali, vt dicitur clauo illa fixisse. Vale & quod facis mihi facere non desine, faxitq; Deus vt quas ego gratias non possum, ipse qui nihil non potest, & qui in terris illius vicem tenet comulatè rependat.



SYLVESTRI ZACCHIÆ I. C. ROMANI.

ADDITIONES Ad suas resolutiones de obligatione Camerali.

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis inuenta fuit, vt parata esset omnis generis executio.*
2 *Instrumentum de iure communi non habet executionem paratam.*
3 *Iudex vigore commissionis causæ debet procedere ordinariè, & non executiuè.*
4 *Statutum dans paratam executionem instrumento dotis dicitur exorbitans à iure communi.*
5 *Statutum dans paratam executionem Instrumento continen. præceptum guarantigiæ non dicitur contra ius commune.*
6 *Vigore instrum. non haben: oblig. Camer. vel guarantigiam non potest procedi executiuè.*
7 *Etiam si sit liquidum.*
8 *Obligatio penes acta habet executionem paratam.*
9 *Obligatio Camer. habet executionem paratam.*

10 *Arbitrio non est locus ad retardandam executionem transactionis oblig. camer. vallata.*
11 *Statutum potest tribuere executionem paratam guarantigiæ.*
12 *Guarantigia continet in se sententiam.*
13 *Executio parata oblig. Camer. fundatur in confessione iudiciali.*
14 *Pactum, quòd Iudex possit executiuè procedere valet.*
15 *Iuramentum non habet executionem paratam.*
16 *Obligatio penes acta Curiæ habet executionem paratam vigore confessionis.*
17 *Guarantigiæ executio parata fundatur in præcepto notarij.*

Num. 1.

1 ADDE. † Martam de clausulis 297. nu. 1. par. 1. post alios, quos allegat.

Num. 4. in fine.

2 Etenim † sine ista obligatione, aut alia executiua, instrumentum non habet executionem paratam, Becc. de commun. conf. 17. n. 2. vbi etiam si sit liquidum, & alios ad hoc allegat, Benign. ad Stat. Agricol. Vrbis cap. 25. in prima annotat. litt. A, vers. quia de iure commun. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. casu 17. nu. 1. Boer. decis. 295. nu. 5. Cacher. decis. Pedem. 129. n. 2. Riccius plures decis. allegans Collect. decis. par. 4 collect. 759. in princip. Rota Bononien. decis. 27. num. 8. in nouiss. diuers. Rota in causa Fauent. Spolij 24. Martij 1608. coram Illustrissimo Cardina-
3 li Ludouisio, Hinc est, quòd si committatur causa alicui Iudici, prout de iure, intelligitur, quòd procedat ordinariè, & non executiuè, vt dixit Rota in causa Albanen. Pecuniaria
4 10. Martij 1593. coram Cardinali Blanchetto, inde etiam statutum dans paratam executionem instrumento dotis dicitur exorbitans a iure commun. & restringendũ est. Campeg. de dote, quæst. 111. num. 1. & 2. licet contrarium firmet,

quando

quando statutum diceret, quòd instrumentum continens præceptum Guarantigiæ habeat executionem paratam; tunc enim, vt ipse dicit, non diceretur contra ius commune, vt latius per eundem Campeg. de dote. quæst. 111. num. 3.
6 Deficiente autem obligatione Camer. vel Guarantigia esse ordinariè procedendum; & non executiuè, fuit decisum in vna Britonorien. pecuniaria, seu Imolen. decis. 27. Nouem-
7 bris 1596. coram Litta, & prædicta procedunt etiam si instrumentum esset liquidum, quia nihilominus, deficientibus præfatis obligationibus executiuis, vigore illius est ordinariè procedendum. Becc. consil. 17. num. 2. cum alijs allegatis per Benign. ad Stat. Agricolt. Vrbis. cap. 25. in prima an-
8 notat. litt. A, vers. Quia de iure. Nisi esset obligatio penes acta curiæ quæ habet executionem paratam. Ricc. collect. decis. 187. par. 1. vbi ampliat, & par. 4. collect. 759. versic.
9 Limitatur. 3. Quod fortius procedit in nostra obligatione ex allegatis hic, quibus addo eundem Riccium collect. 452. versic. tertium, & collect. 600. num. 3 par. 3. & collect. 759. par. 4. Castrac. de societat. offic. cap. 11. sub num. 9, Farinac. decis. 91. Rota in Esina pecuniaria 9. Iunij 1614. coram R. P. D. Cauallerio.

Num. 6. in fine.

10 Inde executionem paratam habet transactio, quando est Obligatione Camer. vallata, & propterea tunc non intrare arbitrium ad impediendam illius executionem, fuit decisum in causa Terracinen. Molendini 2. Maij 1608. coram R. P. D. Caualerio, vbi fuit etiam dictum, quòd transactio habet executionem paratam, etiam circumscript. Obligat. Camer. per text. in l. in minore. C. de transact. quod potest deseruire pro limitatione regulæ supra firmatæ, quòd instrumentum de iure communi, non habeat executionem paratam.

Num. 8. in fine.

11 Et Statuto sic dictante difficultatem non habere dicunt Alleg. per Ricc. dict. par. 4. collect. 759. Seraphin. decis. 331.

Num. 10.

12 ADDE allegat. per Riccium dict. Collect. 759. versic. & ratio.

Num. 13. post verba, *(vt hic per Gallcs.)*

13 Quam refert Rota diuers. decis. 132. sub nu. 14. par. 2.

Num. 16. in fine.

14 Sed contrarium, scilicet, quòd istum pactum, quod Iudex possit procedere executiuè non valeat, tradunt Becc. consil. 17. num. 2. vers. Et procedit conclusio, Allegat. per Benign. ad Statut. Agricolt. Vrbis. cap. 25. in prima annotat. littera A, Mantic. de Tacit. & Ambig. conuent. lib. 2. titulo 4. num. 14. vel distingue quòd quandò partes conueniunt, instrumentum habere executionem realem, & tunc, quòd valeat, secus dicendum esse de executione personali, vt post Ant. Canario de execut. instrument. quæst. 32. num. 68. Becc. dict. cons. 17. num. 69. Benign. vbi supra. Ricc. dict. collect. 759. vers. Limita 4. Quicquid autem sit de istis, dubitandum non est, quòd partes possint facere, quòd apoca priuata habeat vim instrumenti publici cũ hac obligatione, Rota in causa Bononien. pecuniaria 22. Martij 1602. coram Illustrissimo Lancellotto, quæ est inter recollectas in tract. de oblig. Camer. sub num. 5.

Num.

Num. 18. in fine post verba, *licet in contrarium multi tenuerint*.

15 Et signanter post plures alios, Moron. de fide, treuga, & pace, quæst. 11. num. 1. vbi illud limitat, quando partes conueniunt in apoca, quòd illa habeat vim instrumen. iurati, quo casu, vt ipse dicit; virtutem non obtinebit, nec ex illo iuramento impedietur remedium. l. 2. C. de rescinden. vendit. nam iuramentum relatiuum vim non obtinet instrumenti iurati, vt ibi latius per eum, Felic. de societ. c. 31. n. 72.

Num. 29. in fine.

16 Et propterea, stante confessione, quandocumquè obligatio penes acta curiæ habet executionem paratam, Vincen. de Franchis decis. 118. num. 7. Intellige, quando obligatio penes acta est pura & liquida, secus vbi est conditional. Rota Genuen. decis. 28. sub num. 9. in fine.

Num. 32. in fine.

17 ADDE Campeg. de dote, quæst. 111. num. 3. & seqq. vbi id intelligit, quando Notarius potestatem habet faciendi huiusmodi præceptum, secus verò, si illam non haberet, vt ibi per eum dict. num. 3. vers. secus autem, & exemplificat in notarijs creatis à Comitibus Palatinis, vel ab Imperatore, qui habent hanc facultatem.

QVÆSTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas, vbi apparet ex inspectione instrumen. impedit executionem obligationis Camer.*

2 *Nul-*

2 *Nullitas inſtrumenti ex defectu non interuentus conſanguineorum non impedit executionem oblig. Camer.*

3 *Obligat. Camer. de qua in contractu minoris celebrat. abſque interuentu curatoris eſt exequenda quando minor illum non habebat.*

4 *Nullitat. exceptio ceſſat, quando promiſſum fuit illam non opponere.*

5 *Fideiuſſor, an teneatur annullato contractu principalis.*

6 *Guarantigia appoſita in contractu nullo nihil operatur.*

7 *Exceptio, quòd inſtrumentum eſt nullum, vel illiquidum, ſemper admittitur.*

8 *Inſtrumen. Guarantigiatum, an habet executionem paratam, quando agitur de illius nullitate.*

Num. 15. in fine.

1 ADDE † poſt not. per me hic, & alios addentes ad Rotam Bonon. deciſ. 146. verſ. Et proinde in vltim. Et prædicta ſine dubio procedunt, quando mulier aſſeruiſſet medio iuramento, non habere alios proximiores, tunc enim per exceptionem non interuentus conſanguineorum, non eſſe retardandam executionem obligat. Camer. fuit deciſum in Maceraten. Cenſus 14. Maij 1614. coram R. P. D. Dunozetto, vbi hoc magis procedere dictum fuit, quando
2 contracta fuit vtilis ipſi mulieri, idemq; † dicendum eſſet, quando minor ſine curatore cum hac obligatione fideiuſſiſſet, nec illa exceptio non interuentus curatoris retardat executionem huius obligationis, quando minor illum non habebat, quia tunc, poteſt fideiubere ſine illo, vt fuit deciſum in Bononien. Cenſus 16. Decembris 1613. coram R. P. D. Buratto inter recollectas per Picum ad cap. 151. lib. 1. Stat. Vrbis, vbi opponebatur etiam defectus ſolemnitatum requiſitarum per Stat. Bononien. in contractibus minorum, & fuit dictum iſtam exceptionem eſſe attendendam, quando minor contraxit extra territorium.

Num.

Num. 16. in fine.

3 ADDE Rotam in Romana Census de Pirouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano, quæ est inter dd. recollectas in tract. de obligat. Camer. decis. 110. num. 8. & 9. Romana execut. laudi 2. Maij 1614. coram R. P. D. Vbaldo.

Num. 10. in fine.

4 Vide ad hoc Rotam Bonon. latè decis. 63. & ibi latius addentes in vltim.

Num. 27. in fine.

5 ADDE Gabriel. de Clausul. concl. 10. in princip.

Num. 24, in fine.

6 Siquidem in omni casu, in quo non possent opponi exceptiones, non censentur exclusæ illæ, quæ substantiam, & validitatem ipsius instrumen. concernunt; & consequenter admittitur exceptio, quod instrumentum est nullum, vel illiquidum, quæ duo paria iudicantur. Cacher. decis. Pe-
7 dem. 129. num. 8. Ideo, † si principaliter ageretur de nulli-
8 tate instrumenti, † Guarantig. tunc illud non habet executionem paratam. vt post. Chisanen. decis. 76. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 17. de attent. nullit. pend. num. 48. pagin. mihi 365. quòd mihi satis durum videtur, quia esset in facultate debitoris, ita illudere creditorem, intentando principaliter nullitatem instrum. vt impediatur eius executio, ad quod faciunt tradita per Vestr. in sua prax. lib. 2. cap. 4. num. 3.

QVÆ-

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quo ad omnes effectus, ſcilicet obligationis bonorum tranſit in hæredes.*

2 *Inſtrumentum Guarantigiatum ad hoc, vt executioni demandetur contra hæredes, oportet probare illos hæredes.*

3 *Obligatio Camer. quo ad omnes effectus tranſit in hæredes.*

4 *Inſtrumentum, in quo defunctus erat in ſolidum obligatus executioni non mandatur contra hæredes niſi pro virili.*

5 *Carcerari ſi poteſt defunctus vigore inſtrumen. poteſt etiam eius hæres.*

6 *Periurium, an tranſeat ad hæredes.*

7 *Agens vt hæres vigore huius obligationis tenetur probare ſe hæredem.*

8 *Socius agens executiuè, vigore inſtrument. celebrat. ab vno ex conſocijs pro ſe, & ſocijs tenetur probare, ſe ſocium.*

9 *Guarantigia nulla eſt, ſi non valet inſtrument. illam continens.*

Num. 3. in fine.

1 Iuramentum † enim pro ſe, & hæredibus valet quoad efficaciam, vt poſt Galleſ. quem allegat, Moron. de fide, treuga, & pace, quæſt. 10. num. 1.

Num. 4. poſt verba (*quod ſit hæres*)

2 ADDE † Caſſan. de conſuet. Burgun. rubr. 11. §. 6. verbo contra le principal obligè, nu. 1. & ſeqq. & poſt not. per me hic in terminis oblig. Cam. addentes ad Rotam Bonon. deciſ. 116. littera B, in vltimum vbi ponunt regulam generalem, quòd quando agitur contra non nominatũ in inſtrumento oportet illum probare, eſſe talem; ſed ad hunc effectum, vt

pro-

procedi possit executiuè contra hæredem stante illius contumacia, vide contrarias opiniones, de quibus per Rotam Bonon. decis. 116. num. 20. in vltim.

Num. 6.

3 ADDE Moronum dicta quæstione 10. sub num. 1. Aduerte autem, quòd, si ex confessione constaret de aditione hæreditatis, actor releuaretur ab onere probandi, reum esse hæredem. Rota Bonon. in vltim. decis. 116. num. 19.

Num. 8. in fine.

4 ADDE Gratian. Discept. Forens. cap. 16. num. 8. vbi sub num. 6. limitat. in hærede possidente rem obligatam cum clausula de non alienando, & rescissione contractus, si contrarium fieret.

Num. 9. in fine.

5 Licet regulariter, quando defunctus pro sua obligatione, vel debito poterat carcerari, etiam eius hæres possit pro tali debito carcerari, vt de Statuto disponente, quòd debitor pro debito possit carcerari, quòd habeat locum contra hæredem, dicit post Bart. & alios Cassan. in consuetud. Burgun. rub. 11. §. 6. vers. Contre le principal. oblig. num. 1. quod intellige, vt ibi per eum fol. mihi 1420.

Num. 11.

6 ADDE Addentes ad Magon. decis. Lucen. 21. littera I, verb. Non est audiendus.

Num.

Num. 13.

7 ADDE Addentes ad Rotam Bonon. poſt not. per me hic deciſ. 116. littera B, in vltim.

Num. 16. in fine.

8 Et de ſocio, qui vellet agere executiuè pro inſtrumento celebrato ab vno ex conſocijs pro ſe, & ſotijs, quòd probare prius debeat, ſe eſſe ſocium, dicit Felic. de ſocietat, cap. 31. num. 59.

Num. 12.

9 ADDE Rotã Bononien. deciſ. 146. num. 11. in nouiſs.

QVÆSTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius ſuccedit cedenti etiam quo ad priuilegium viæ executiuæ, ſed debet probare, ſe ceſſionarium.*

2 *Cenſuræ non ſuſcipiuntur amplius in forma Cameræ, ſed loco illarum præſtatur conſenſus mandato executiuo.*

3 *Clauſula (pro omnibus quorum intereſt) intelligitur de habentibus intereſſe principaliter, non ſecundario.*

4 *Executio obligat. Camer. datur translatatio penſionis, ſicut dabatur transferenti.*

5 *Executionem petere non poteſt non nominatus in inſtrumento, licet habeat intereſſe.*

6 *Guarantigia non prodeſt non nominato.*

7 *Executiuè procedi non poteſt contra non nominatum in inſtrumento.*

8 *Executiuè an procedi poſſit contra ratificantem inſtrumen.*

9 Sub.

9 *Subscribens folium album non tenetur executiuè, vigore obligat. postea apposita.*

10 *Obligatio Camer. apposita in contractu Pupilli suum parit effectum.*

11 *Socius potest consocium in forma Cameræ obligare.*

12 *Executiuè proceditur contra non nominatum, stante pacto, de non alienando in instrumento.*

13 *Executio parata, licet non detur contra tertium, datur tamen respectu hypothecæ in obligatione contentæ, vt hic.*

14 *Guarantigia de consuetudine Burgund. mandatur executioni contra tertium, licet contrarium sit verum de iure.*

15 *Tertius possessor non tenetur docere de titulo suo, sed volens facere executionem debet docere de iure debitoris super bonis.*

16 *Pactum ingrediendi bonorum possessionem, propria auctoritate potest exerceri contra singularrm successorem, quando est simul cum constituto.*

17 *Instrumentum habens executionem paratam quando continet constitutum, vel precarium, executioni demandatur contra omnes, etiam tertios.*

18 *Tertius non impedit executionem, data cautione in euentum succumbentiæ.*

19 *Exceptio de iure tertij non admittitur in executiuis.*

Num. 2.

1 ADDE Seraph. decis. 1210. num. 5. vbi quòd cessionarius vigore cessionis potest agere, & prosequi executionem, mandati sibi cessi, & succedit cedenti etiam in priuilegio huius obligationis, & Cuarantigiæ, sed debet probare se cessionarium, addentes ad Rotam Bonon. post. not. per me hic decis. 116. littera (B) in nouiss. diuers. negligit autem Rot. Bonon. dict. decis. 116. num. 54. oppositionem, quæ fiebat illo casu, scilicet quòd non fuerat actum expresse cessionario nomine, fundans se in eo, quòd erat petita executio omni meliori modo, & prædictis respondet, quòd cum in cessionarium transferatur omnis virtus obligationis exce-

ptio

ptio cesſionis obſtat cedenti agenti vigore huius obligationis contra debitorem.

Num. 5. poſt verba *(cum ſuſceptio cenſurarum.)*

2 Aduerte autem, quod hodie ex reformatione Pij V. in forma Cameræ non ſuſcipiuntur amplius cenſuras, ſed loco illarum præſtatur conſenſus mandato executiuo; Rota in Taraconen. Archidiaconatus, ſeù executionis breuis 24. Nouembris 1603. coram Iuſto; de qua per Marcheſ. de Commiſſionibus parte 1. pag. 879. num. 2. in vltima editione.

Num. 6. in fine.

3 Iſta autem clauſula, *(pro omnibus quorum intereſt)* intelligitur, de habentibus intereſſe principaliter, non ſecundariò. Marta de Clauſ. clauſula 96. par. 1. in vltim. edit. 105. par. 1.

Num. 10.

4 ADDE Rotam in Papien. Penſionis 19. Martij 1607. coram Reuerendiſsimo Atrabaten.

Num. 12. in fine.

5 Et eſt generale, quòd ille, qui non reperitur nominatus in inſtrumento, non poſſit petere illius executionem, quamuis intereſſe habeat, probat alios allegando Fenut. de Momento temporis cap. 15. num. 8. in fin. Et † de Guarantigia
6 quod non proſit nominato, nec illi noceant, tradit Menoch. lib. 3. præſumpt. 13. num. 9. fol. mihi 123.

Num. 14. in fine.

7 Etenim iſta obligatio cohæret oſsibus obligati, & ideò tran-

transire non potest, de persona in personam, & ideò vigore illius procedi non potest, contra non nominatum, vt per Rotam in Causa Albanen. pecuniaria 10. Martij 1593. coram Illustrissimo Blanchetto, & alios allegat. Rota Bonon. decis. 27. num. 7. in nouiss. diuers.

Num. 17. in fine.

8 Quod videtur approbasse Rota in dicta causa Albanen. pecuniaria 10. Martij 1593. coram Blanchetto; respondendo dict. decis. Mohed. de procurat. quod loquitur, quando obligatio fuit contracta nomine illius, cuius postea ratihabitio fuit subsequuta: tunc enim quod nomine ipsius gestum est ab eo, potest ratum haberi, & ratihabitio parit effectum mandato, secùs verò, vbi non fuit contracta obligatio à principio nomine ratificantis; tunc enim non parit effectum oblig. Camer. neque sufficit, quòd ratificans tacitè suscipiat hanc obligationem, quia executiuè non agitur, nisi obligatio sit expressa, vt latiùs dicitur in dicta Albanen. Pecuniaria.

Num. 23. post verba (*scientia huius obligatio.*)

9 Et pro hoc facit illud, quòd subscribens folium album non tenetur executiuè, vigore obligat. Camer. vel alterius executiuæ in illo appositæ, cum illius non habuerit notitiam subscribens. Rodor. Suarez in reper. l. post rem iudic. in secunda extens. num. 6. vers. vnde infert; & vers. ex quo infert. Asin. de execut. §. 1. cap. 65. num. 2. quod sine difficultate procedit in terminis nostræ obligationis, quia præsupponit, quòd illa, ad quæ aliquis vult obligari sint iam scripta, quia cantat; Pro quibus omnibus, &c. & ideò executio illius non datur, nisi pro expressis in instrumento, vt dico quæstione 31. num. 12.

Num. 25.

10 Et quòd obligatio ista apposita, secundum stylum regionis in contractu pupilli valida sit, & suum habeat effectum, probat Galgan. de tutor. & curat. lib. 3. quæstione 56. nu. 2.

Num. 26.

11 Et videtur de mente Rotæ in casu decis. 132. par. 2. diuers.

Num. 30. in fine.

12 Tertio potest procedi contra non nominatum, quando in instrumento, cuius executio petitur, adest hypotheca cum prohibitione de non alienando; tunc enim instrumentum contra principalẽ executioni demandari potest contra singularem successorem, quamuis non nominatum in instrumento habentem causam e condemnato, licet ius executiuum, non fuerit productum inesse tempore alienationis sequutæ, & ratio est, quia debitor nulliter alienauit, vnde non impedit, quo minus capi posit in executione iudicati Gallesf. infra quæstione 16. sub num. 3. vbi alios allegaui, quod elegans, & singulare remedium dicit Rodric. Suarez in l. post rem iudicatam, ampliatione 9. num. 5. & 13. de re iud. Surd. cons. 405. ante numerum octauum, vsque ad numerum nonum per tot. Gratian. Disceptat. Foren. cap. 16. num. 12. vers. amplius stante hypoteca, & in terminis instrumenti Guarãtigiati Caual. specul. opin. commun. contra commun. quæst. 76. sub num. 23. vers. & ita sunt intelligenda, & hoc procedere, quamuis nulla processerit discussio principalis debitoris, cum posit agi via executiua contra possessorem pignoris, vel hypotecæ stante dicta clausula de non alienando, vt post Surd. vbi supra Gratian. dict. cap. 16. num. 14.

Num.

Num. 36. in fine.

13 Quamuis autem executiuè agi non possit vigore huius obligat. vt tradit etiam Rota in Romana Saluiani 9. Nouembris 1613. coram Reuerendissimo Domino Coccino Decano, Datur tamen respectu hypotecæ in obligatione comprehensæ, vt post Bald. nouell. de dote. par. 6. priuil. 7. num. 2. circa fin. vers. comm. tamen, & de commun. Negusant. de pignoribus 2. par. memb. 4. num. 167. Gratian. disceptat. forens. cap. 323. num. 10. vbi ideo si statutum tribuit executionem paratam apocæ, seu instrumento, illam etiam concedit respectu hypotecariæ, quæ in illo continetur, id intelligendo, vt faciunt prædicti, quando agitur contra obligatum, vel eius hæredem.

Num. 37. in fine.

14 Et licet contrarium obseruetur de consuetudine Burgundiæ, tamen hanc esse veram de iure, dicit Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 11. tit. descensos. §. 6. de verb. contra le principal. obligat. num. 6. & 7. vers. Vide etiam, & ante idem Cassan. rub. 7. tit. de success. §. 13. sub num. 15. Ricc. collect. decis. par. 4. collect. 759. vers. limita. 2.

Num. 38. in fine.

15 Nec tertij possessores hoc casu tenentur docere de eorum titulo, sed volentibus facere executionem incumbit onus docendi de iure sui debitoris super bonis de quibus agitur; Rota in Fulginaten. execution. 36. Martij 1601. coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio apud Tiber. pag. 356.

Num. 40. in fine.

16 Pactum enim ingrediendi possessionem bonorum, propria auctoritate, quando factum est simul cum constituto, potest exerceri contra singularem successorem etiam resistentem, & non liquidato debito, vt latissimè, reiecta distinctione aliorum, tuetur Fænut. de momento temporis, 17 cap. 22. num. 9. & de instrumento † habente executionem paratam, vel ex dispositione iuris, vel ex forma statuti, quando habet, vel continet constitutum, vel præcarium, quòd possit mandari executioni contra singularem successorem, vel alium tertium possessorem, etiam eo non citato, & negotio non liquidato, possitq; creditor tunc ingredi possessionem bonorum occupatorum propria auctoritate per vim contra quemcunque hominem mundi non citatum, nam actus iste creditoris dicitur potius defensio, quàm occupatio, post alios Bocc. de Stat. Vrbis præsumptione glos. 20. num. 25. & de pacto præcarij, quòd vigore illius possit agi executiuè contra tertios possessores, dicunt allegat. per Rotam Bonon. decis. 40. sub num. 1. & nu. seqq. in nouiss. diuers. etiam contra pupillum, sine tutore, vel exclusum sine liquidatione, vt post alios Marta de claus. clausula 304. num. 414. par. 1. in vlt. edit.

Num. 45. in fine.

18 Si tamen pro parte petentis exclusionem, obtenta fuisset commissio, quòd, data per ipsum cautione in forma depositi in euentum succumbentiæ, Iudex procedit ad vlteriorem executionem, illa cautione data, vt dari debet, sufficit, ne tertius impediat executionem. Crescent. decis. 14. alias 11. de rescript. incipien. Beatrix Porregia, sed quicquid sit, an 19 tertius impediat executionem clarum est, quòd † exceptio de iure tertij non admittitur in exclusiuis, vt post Menoch.

cons.

conf. 585. num. 37. lib. 6. Rota in Esina Pecuniaria 9. Iunij 1614. coram R. P. D. Caualerio.

Ad quæstione 6. Gallesij num. 1. post verba *Ac omnia & singula*.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Ac omnia, & singula, de qua in oblig. Camer. quid operetur.*
2 *Iura, & actiones, quando veniant appellatione bonorum.*

1 ADDE, quòd stante ista clausula *Ac omnia, & singula*, in nostra obligatione censeantur etiam comprehensa iura, & actiones, & ob id eius virtute licere agere contra debitorem debitoris, probat Tiber. in prax. lib. 2. cap. 12. num. 16.

Ad Quæst. 6. Gallesij in fine.

2 Vt tradunt etiam Bellamer. conf. 5. num. 17. Aldobran. conf. 104. in fine, & seqq. Tiraquell. qui plur. allegat, & optimis similibus comprobat in l. si vnquam. verbo bona, num. 13. C. de reuoc. donat. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 29. nu. 5. Rota diuers. decis. 194. sub num. 3. par. 2. vbi dicit, quòd secus est, quando ex intentione proferentis, & actus natura veniunt, & stante dictione omnibus, in inst. hæred. venire iura, & actiones.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus in forma Cameræ non potest opponere exceptionem litis pendentiæ.*
2 *Obligatus in forma Cam. supponit se iurisdictionem omnium curiarũ.*
3 *Audit. Camer. est executor obligat. Camer. priuatiuè quo ad omnes.*

4 *Reassumptio causæ vigore oblig. Cam. facta per A. C. post inhibitionem Rotalem est attentata.*
5 *A. C. potest procedere ad executionem obligat. Camer. non obstante pendentia litis.*
6 *Facultates Aud. Cam. intrant, quando oblig. Camer. est clara, secus aliàs.*
7 *Subiectus foro Capitolino, an valide in hac obligatione renunciet priuilegio fori.*
8 *Prauentio inter A. C. & forum Capitolinum non habet locum in reo, vt hic.*
9 *Prauentioni est locus quo ad executionem obligat. Camer. inter personas Ecclesiasticas Romanas, inter Vicarium, & A. C.*
10 *Facultates Aud. Cam. non habent locum, quando agitur ordinariè.*
11 *A. C. non potest reassumere causas obligat. Camer. penden. à causa coram alio iudice penden.*

Num. 4. in fine.

1 Et post Surd. conf. 542. num. 4. vol. 4. in terminis oblig. nostræ, Marta de Clauf. par. 1. clauf. 297. num. 2. in fine.

Num. 6, in fine.

2 ADDE Vestr. in praxi, lib. 2. cap. 4. sub num. 2. vers. aliàs diceremus.

Num. 12.

3 ADDE Marta de præuentione Tribun. Vrbis cap. 2. n. 15. Rota Bonon. decis. 116. num. 12. in nouiss. diuers.

Num. 20. in fine.

4 Sed contrarium fuisse decisum per Rotã, scilicet reassumptionem

ptionem causæ oblig. Camer. factam per A. C. post inhibitionem Rotalem fuisse attentatam, dicit Marches. de Commiss.appell.à camer.oblig.par.1. §.1. num.14. in vltima edit. allegando ad hoc decis.Put.395.par.2. quæ hoc non dicit in libro meo.

Num. 21.

5 ADDE Lancell. de attent. post inhibit. 2. par. cap. 20. limit.5.num.3. pagina mihi 428.

Num. 26. in fine.

6 ADDE Mandos. de inhib. q.93.in fine vers.in vno casu.

Num. 31. in fine.

7 Sed fuit aliquandò dubitatum, an subiectus foro Capitolino, scilicet Ciuis, vel incola Romanus possit vigore huius obligationis alibi conueniri, & consequenter an coram A. C.
7 & ratio dubitandi erat, quia subiecti † foro Capitolino vigore statuti non possunt, nec medio iuramento fori sui priuilegio renunciare, & propterea non obstare quòd obligans se in forma camer. vult posse vbique conueniri ex allegat.suprà hac quæst.num.1. sed huic obiecto optimè satisfacit Vestr. in prax.lib.2.cap.4. num.4. quem refert, & sequitur Marta de præuentionibus trib. n. Vrbis c.2. sub nu 4. vers.nec obstat dicendo, quòd ille, qui se obligat in forma Cam. non renunciat priuilegio fori, quod publici iuris est, sed defensioni suæ, quæ iuris est priuati, vt veluti confessus, conuictus, & omni defensione destitutus, ad alium forum non possit transire, & quatenùs in hoc aliquis remaneret scrupulus est sublatus per dictas facultates, & per statutum met.

Num. 32. in fine.

8 Verùm ista præuentio ità est intelligenda, quòd non suffragetur reo, si ipse ad euadendas censuras præueniret actorem coram alio Iudice, quam A. C. vt puta, Romanus ciuis in foro Capitolino, Clericus coram Vicario Papæ, & similes, quia esset in facultate rei, excludere actorem à facultatibus in sua obligatione per ipsum stipulat. vt latiùs Vestr. in
9 prax. lib. 2. cap. 4. num. 3. Locum † autem esse præuentioni inter Vicarium Papæ, & A. C. quo ad executionem huius oblig. inter personas ecclesiasticas Rom. vltra hic alleg. dicit Marta de præuentione tribun. Vrbis Romæ cap. 2. num. 85.

In fine.

10 Intellige quinto dd. facultates procedere, quando Actor viam censurarum eligere vellet, & Reum per ipsas censuras compellere ad parendum, vel aliàs satisfaciendum obligationi suæ censuratæ, secùs autem, vbi Actor via ordinarim citra censuras procedere vellet, tunc enim posset coram quouis alio iudice causam suam agere, quia aliàs esset iudicare contra formam huius obligationis, qua promissor solet se iurisdictioni, & compulsioni cuiuseunque Iudicis secularis, vel ecclesiastici supponere, vt latè prosequirur Vestr. in prax. lib. 2. cap. 4 num. 2. vers. quare ipse. Intellige sexto dd. facul-
11 tates, † non procedere, quando A. C. vellet vigore illarum reassumere causas oblig. camer. dependen. à causa coram alio Iudice penden. quia non posset, vt expresè in dictis facultatibus cauetur. Rota in Recanaten. attentatorum 21. Iunij 1591. coram Penia, de qua per Marches. de commiss. pat. 2. pag. 587. in vltima edit.

Ad

QVÆSTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Oblig. Camer. stante, non attenditur ordo, sed toleratur praeposteratio causae ad causam.*

Ad Quaest. 11. Galles. num. 3. post verba *vsque ad integram solutionem.*

1 Et propterea stante hac obligatione, non attenditur ordo, sed toleratur praeposteratio causae ad causam, & vnius causae, ad se ipsam, & datur creditori optio eligendi viam, quam malit, vnaq; electa aliam aggredi, vt post plures Gratian. discept. forens. cap. 38. num. 7. Marta de claus. par. 1. clausula 297. num. 4. in vltim. edit.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens obligationem Cameralem potest relicta speciali hypoteca agere ad bona generaliter obligata.*

2 *An, & quando creditor, qui conuenit vnum ex pluribus reis debendi via ordinaria, possit eundem conuenire via executiua.*

3 *Via executiua cessat, quando fuit captum agi ordinariè.*

4 *Executiuè non agitur pro legato, quando captum fuit agi ordinariè.*

5 *Ordinariè, an & quando dicatur captum agi.*

6 *Termini substantiales, an & quando seruari debeant, quando agitur executiuè.*

7 *Deficiente clausula, quòd vna via electa, non praeiudicetur alteri, non potest relinqui via ordinaria, & agi executiuè.*

8 *Via executiua dicitur renunciatum, quando fuit actum ordinariè, & quan-*

& quando dicatur fuisse actum ordinarie.

9 *Creditor potest cumulare iudicium ordinarium cum executiuo.*

10 *Obligationis Camer. vigore potest actor deserere iudicium vno loco captum, & alibi agere.*

11 *Intellige refectis expensis.*

12 *In executiuis licet intentare plures vias, & vna intentata alias agredi.*

Num. 2. in fine.

1 ADDE † Ioannem Aloys. Riccium in collect. decis. par. 2. collect. 452. in princ. & post Cephal. cons. 439. num. 4 Gratian. disceptat. forens. cap. 38. num. 7. Marta de Claus. par. 1. clausula 297. num. 3. in vlt. edit.

Num. 9.

2 Vide † Felician. de Censibus lib. 3. cap. 2. num. 9. vbi videtur concludere, quòd, si creditor vnum ex pluribus reis debendi conuenit via ordinaria, eundem poterit executiuè conuenire, Allegat Gallef. hic, qui hoc non dicit, nisi in casu in quo conuentus fuit contumax, & subiungit Felic. hoc maxime procedere, si debitor conuentus via ordinaria restitit, & contradixit, quòd si coram vno Iudice creditor aduersus debitorem petierit executionem libere potest in alio loco, & iudicio aduersus eundem executionem obtinere, non obstante litis pendentia.

Num. 9.

3 ADDE † Riccium in Collect. decis. par. 4. colect. 1236. vers. secundus casus, vbi nisi adsit clausula, quòd vna via electa.

Num.

Num. 9. in fine.

4 Vnde † qui cæpit agere via ordinaria pro legato non potest postea, relicta illa via, agere executiuè, vt fuit decisum in causa Mediolanen. legat. 30. Octobris 1585. coram Card.
5 Pamph. Et † cæptum absque dubio dicitur agi ordinariè, quando fuerunt seruati termini substantiales. Rota in dict.
6 Mediolanen. legati. Aduerte † tamen quòd termini substantiales sunt seruandi etiam quando agitur executiue, quando tractaretur de causa graui, veluti de maiori summa scut. 200. iux. facultates A. C. Marescott. post plures decis. variar. resolut. lib. 1. cap. 38. num. 8. Riccius collect. decis. par. 4. col-
7 lect. 1236. vers. sed dubium, & non † habet difficultatem, non licere redire ad viam executiuam, in casu in quo deficeret clausula, quòd vna via electa non præiudicetur alteri, Maresc. dict. cap. 38. à num. 4. vbi plures decis. pro ista parte allegat, licet in contrarium referat decis. cui respondet.

Num. 9. in fine.

8 Dicitur † enim renunciatum viæ executiuè, quandò fuit actum ordinariè, vt si creditor peteret condemnari debitorem ad solutionem pecuniarum, de quibus in Apoca. Rota Bonon. in vltim. recollec. diuers. decis. 8. sub num. 11. vers. quo verò.

Num. 12. in fine.

9 Sicut † etiam potest creditor cumulare Iudicium ordinarium cum executiuo. Rota Bonon. decis. 27. in nouiss. diuers.

Num. 12. in fine.

10 Sed † quid, si cæpit agere coram vno Iudice, vel in vno loco,

loco, an possit deserere illud iudicium, & alibi aliud instruere? & in hoc, nulla adest difficultas, quòd possit vigore specialis clausulæ in hac obligatione contentæ, Mandos. de Inhibit. quæst. 95. num. 5. Vestr. in prax. lib. 2. cap. 4. sub num. 2.
11 vers. immò si alter, quod † ita intelligit, refectis expensis per actorem, quibus reum grauasset: quod maximè æquitate consonam videtur, Marta. de præuent. tribun. Vrbis cap. 2. num. 6. Sed istud, quod dixi de refectione expensarum non habebit locum, quandò actor cōueniret reum alibi, quam coram A.C. & vellet posteà petere relaxationem censurarum ab A. C. tunc enim posset, absque aliqua refectione expensarum, quia tunc non mutatur iudicium, sed est idem, & expensæ ex hoc non augentur, vt latius prosequitur Marta de præuent. tribun. Vrbis cap. 2. sub num. 5. vers. ex hoc infertur, sed circa istam refectionem expensarum quicquid dicendum
12 sit, vera est conclusio generaliter, † quòd in executiuis non impeditur quis intentare plures vias, & vna intentata alias aggredi coram eodem, & diuersis iudicibus, & non obstante litis pendentia, Becc. cons. 17. sub num. 3.

QVÆSTIO XII.

Num. 1. in fine.

1 A. C. solus potest vigore Cam. oblig. promulgare censuras ecclesiasticas.

1 ADDE † Martam de præuent. tribun. Vrbis, num. 4.

Num. 2.

2 Et † quod quis non possit se obligare sub vinculo excommunicationis, tenet Lucas de Penna contra alios quos refert Cassan. in consuet. Burgund. rub. prima tit. de Iustic. §. 6. vers. Mestiers num. 99.

QVÆ-

QVÆSTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus in forma guarantigiæ potest personaliter capi.*
2 *Excussio bonorum non requiritur, stante obligatione Camer. vbi ratio assignatur.*
3 *Debitor Cameræ potest capi, non excussis bonis.*
4 *Obligat. Camer. vel guarantigia stante, omnia bona videntur constituta in pignus prætorium.*
5 *Habens obligat. Camer. agit contra fideiussorem etiam in casu, in quo debitor consentiret, quòd ei consignarentur pecuniæ depositatæ.*
6 *Executio realis non impedit personalem, sicut è contra.*

Num. 7.

1 ADDE Cassan. in consuet. Burgund. rub. 1. tit. des Giustice, §. 6. vers. messers & sergens nu. 98. vers. & aduerte, vbi addit quòd captura non potest fieri die feriata in honorem Dei, nisi esset suspicio fugæ.

Num. 12.

2 Et quòd ista excussio non requiratur, stante oblig. Camer. post alios Gratian. discept. forens. cap. 7. n. 28. & de guarantigia tradit Soccin. cons. 24. num. 4. vers. quidam etiam. lib. 1. & de oblig. Camer. & Guarantigia. Surd. cons. 39. nu. 20. vers. 4.
3 responderi potest, & num. seq. lib. 1. Et † ratio potest esse in oblig. Camer. quia astrictus vinculo huius oblig. vult teneri, ac si esset debitor Cameræ, vt dixi supra, & debitor Cameræ potest capi non excussis bonis, vt ibi per Surd. d. cons. 39.
4 nu. 21. vel dici † potest, quòd stante obligatione nostra, vel Guarantigia, omnia bona videntur constituta in pignus prætorium

torium per Guarantigiam, & ideo debitor iure Guarantigiæ habetur pro condemnato, vt post alios Surd.d.consi. 39. n.21. Gratian. d. cap. 7. num.28.

Num. 12.

5 Vnde Rota † in vna Romana fideiuss. 18. Aprilis 1608.coràm Illustrissimo Lancellotto decidit, quòd creditor habens oblig. camer. potest agere contra fideiussorem sub ista forma obligatum etiam,quòd principalis debitor, & fideiussor consentiant, quòd pecuniæ depositatæ consignentur creditori, quia ille non tenetur experiri con. dd. pecunias, præsertim, quando sunt positæ etiam ad creditum aliorum creditorum,
6 quorum requiritur citatio, & † hic non ab re est notandum, quòd executio realis non impedit personalem, cùm tendat ad eundem,finem Rota in causa Bonon. pecuniaria 19.Martij 1610.coràm Reuerendiss.D.Damasceno,quæ est decis. 61. num.13.inter recollect. per Dominicum Picum ad Statutum Vrbis cap. 151. Vincent. de Franchis decis. 200. num. 3. vbi de obligat. penes acta Curiæ, & sub d. num.3.dicit idem esse, si esset facta executio personalis, quia per illam non impeditur realis.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, an sint admittendæ, non obstante hac obligat.; quando agens, illius vigore prodigaliter viuit.*
2 *Exceptio solutionis non suffragatur, quandò illa vigore instrumenti erat facienda pluribus, & fuit facta vni tantum.*
3 *Falsitatis exceptio an, & quando impediat executionem nostra obligat.*
4 *Probatio incontinenti qua dicatur, & quando exceptio sit incontinenti probanda.*

Solu-

5 *Solutio contracta obligat; an possit probari aliter quàm per scripturam.*

6 *Per condemnationem, omnis actio in Fiscum transfertur.*

7 *Damnatus in pœnam vitæ, & ad illam tantum restitutus, remanet adhuc liberatus à suis creditoribus.*

8 *Obligatio Camer. an contineat renunciationem omni legum auxilio, & consequenter renuncietur beneficio diuisionis.*

9 *Depositum, & fideiussio regulariter non admittuntur ad retardandam executionem.*

10 *Obligatio ista vbi est pacta de restituendo, non adimpletur cautione.*

11 *Exceptio redditæ rationis, an, & quando impediat executionem.*

12 *Exceptio erroris calculi an impediat executionem.*

13 *Exceptio redditæ rationis nõ impedit executionem, quando non constat, tot pecunias peruenisse ad manus, ex quibus potuerit satisfieri.*

14 *Executio an retardetur ad fauorem administrati pro rebus liquidis, quando Administrator opponit, quòd prius vult reddere rationes.*

15 *Obligatus executiue debet soluere, & postea repetere.*

16 *Authen. hoc nisi debitor C. de solution. an procedat stante hac obligatione.*

17 *Exceptio non implementi admittitur contra hanc obligationem.*

18 *Exceptio non implementi opponi debet.*

19 *Exceptio omnis, quæ oritur ex ventre instrumenti, retardat executionem huius oblig.*

20 *Præsumptio l. quintus, ff. de iure dotium, an cesset stante hac obligatione.*

21 *Executiuè an, & quandò agatur contra consentientem reseruationi pensionis.*

22 *Obligatio conditionalis, non habet executionem paratam.*

23 *Exceptio cedendarum admittitur ad retardandam executionem huius obligationis.*

24 *Executiuè agitur ad repetitionem pretij contra venditorem asserentem, non esse liberam si delegatur contrarium.*

25 *Obligatio Cameralis, & reliqui actus intelliguntur, rebus sic stantibus.*

26 *Obligatus sub hac forma ad soluendum certam summam, quam attento calculo, credebat se debere, si calculus aliter se habeat, non potest conueniri vigore huius obligationis.*

Exce-

27 *Exceptio illa, quòd obligatio est facta in carceribus metu diuturni carceris, retardat illius execut.*

28 *Obligatio in forma Cameræ cessat, quando quis non potuit habere possessionem beneficij, non obstante clausula habita, vel non habita.*

29 *Defectus causæ huius obligationis debet versari circa causam finalem.*

30 *Exceptio falsitatis causæ non admittitur contra hanc obligationem, nisi euidenter probetur.*

31 *Instrumentum Guarantigiatum, sine causa factum non tenet. contrarium, num. 32.*

33 *Exceptio omnis incontinenti probata admittitur contra hanc obligationem.*

34 *Statutum prohibens, posse opponi exceptiones non intelligitur prohibere eas quæ offeruntur probari incontinenti.*

25 *Probatum esse, & posse probari incontinenti paria sunt.*

36 *Probatio facta incontinenti multa habet priuilegia.*

37 *Probatio, quando dicatur fieri incontinenti.*

Num. 1.

1 Sed, an exceptiones sint admittendæ, quando agens vigore huius obligationis prodigaliter viuit, & sic adsit periculum dilapidationis, fuit dubitatum in Romana executionis de Anguillaria 6. Martij 1592. coram Orano, quæ est inter dictas decis. 114. sub numer. 4. ex eo, quòd isto casu difficilis esset repetitio, sed Rota ibi respondit, quòd etiam isto casu sunt probandæ incontinenti, aliàs esset relaxandum mandatum.

Num. 7. in fine.

2 Verum ista exceptio solutionis non suffragatur contra hanc obligationem; quando id instrumentum loquebatur de solutione facienda pluribus, & fuit facta vni tantum, vt puta creditoribus, & vni ipsorum tantum fuit solutum, neq; ad hunc effectum excusat iussus iudicis, quia tenebatur vti

omni

omni diligentia, ne solueret, vt latius, me informante, decisum fuit in vna Romana Palatij 4. Martij 1611. coram Reuerendissimo Atrebaten. & in eadem causa coram eodem 22. Iunij eiusdem anni, vbi fuit etiam dictum, quòd ad hoc, vt iussus iudicis excuset, debet constare eum, qui soluitur etiam creditorem.

Num. 8.

3 ADDE decis. in causa Veneta donationis 7. Nouembris 1614 coram R. P. D. Buratto inter dd. decis. 4. num. 1. Ioan. Aloys. Riccium in sua collect. decis. collect. 352. in fine parte secunda.

Alias autem, si altiorem requirit indaginem, ista exceptio falsitatis non est admittenda. Crescen. decis. 3. de fid. instrum. vbi tamen fuit decisum, quòd in illo casu propter istam exceptionem non erat retardanda executio; nam falsitas deducebatur ex eo, quod quidam Notarius dederat instrumentum translationis pensionis, in quo dicebatur, quòd transferens interrogatur, an vellet transferre, responderat, quòd sic, & post idem Notarius dederat aliud instrumentum, in quo dicebatur, quod transferens interrogatur, an vellet quòd stipularetur? responderat, quòd non; tunc enim, cùm idem Notarius dederit vtrumque instrumentum est fidelis, vt ibi dicitur, & iuris præsumptione illi est adhibenda fides, vt latius ibi per Crescen. d. decis. 3. de fid. instrum. vbi num. 1. dicit, quòd exceptio falsitatis, quandò requirit altiorem indaginem; ideò non admittitur, quia præsumitur apposita ad differendam solutionem.

Num. 12.

4 Vide tamen † Borgnin. de tut. & curat. num. 215. in fine, vbi quòd in continenti probare dicitur illud, quod eadem instantia probatur, quod non potest habere locum in termi-

nis nostris, cùm nulla possit considerari instantia, dicam infra, sed redeundo ad rem nostram, videmus etiam, quòd, si executio instrumenti deberet fieri ex forma statuti realiter, & personaliter ad voluntatem creditoris, tunc nulla exceptio probanda admitteretur, nisi ea, quæ momento posset probari, vt per instrumenta, ideò opponens debet se offerri in continenti probaturum, vt post Ant. à Couar. de execut. instrumen. sub num. 16. vers. ex quo patet. Fænut. de momento temporis cap. 15. sub num. 5.

Num. 14.

5 Sed † si solutio esset probanda per testes? an sufficiant duo in terminis nostris? & videtur dicendum, quòd non, nam licet duo regulariter sufficiant, l. vbi numerus de testibus tamen, cùm agitur vigore huius obligationis executiuè, necessariò præsupponitur, illam debere esse in scriptis, vt dixi infrà quæst. 27. n. 4. & reg. est, quòd quandò debitum est contractum in scriptis debet probari contrarium per aliam scripturam, per quinque testes idoneos bonæ conditionis & famæ, qui interfuerint solutioni celebratæ, vt ad litteram dicit tex. in l. testium. C. de testibus. vbi Glos. Bart. num. 1. Castr. num. 1. in fin. Iason in l. 1. num. 61. C. de iure emphit. Aduerte autem, quòd hoc non seruatur, licet ego contrarium practicauerim, allegando d. tex.

Num. 21.

6 A D D E † Rotam in Florentina pecuniaria 14. Aprilis 1614. coram R.P.D. Pirouano; vbi, quod ideò tunc est agendum contra Fiscum.

Num. 24.

7 A D D E † Rotam in dicta Florentina pecuniaria, vbi

ponit

ponit fallentiam ad regulam, quandò quis condemnatum ex constitutione particulari, & discutit, an procedat quo ad bona sita in alio territorio.

Num. 25.

8 Et quod † ista obligatio contineat renunciationem omni iuris, & legum auxilio, & sic cêseatur per illam renunciatum beneficio diuisionis, firmat Rota in Romana Casalis palazzetti 16. Decembris 1587. coram Robusterio inter dd. decis. 23. num. 8. Marta de præuen. tribun. Vrbis cap. 2. nu. 4. vers. Item renunciatione, sed contrarium quod in formula obligationis cameralis quà vtimur non contineatur renunciatio prædicta, firmauit Rota.

Num. 34.

9 Licet † regulariter depositum, & fideiussio non admittantur ad retardandam executionem, Burd. decis. 184. numer. 5.
10 Sed, † quicquid dicatur de deposito, sine dubio non sufficeret cautio, quando hæc obligatio esset, puta, de restituendo; tunc enim non adimpletur cautione, sed solutione. Parmen. Datij 4. Iunij 1612. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano inter dictas decisiones num. 12.

Num. 36.

11 Et generaliter, quod exceptio redditionis rationis administrationis non impediat executionem, dicit Riccius Collect. decis. 1245. in princ. par. 4. in vltim. edit. licet dicant, quod potest opponi in executione sententiæ, inde Mater agens executiue ad dotem, mortuo marito non potest impediri propter non redditas rationes administrationis tutelæ filiorum, vt post alios de agente vigore instrumenti, quod ex forma statuti haberet executionem paratam, tenet Negusan.

de pignoribus 5 par. memb. 1. num. 36. vers. tamen istis fol. mihi 90. & ita fuisse iudicatum per Rotam Florentinam dicit Borgn. de tut. & curat. sub num. 219. vbi dicit, quòd hanc opinionem tenet verissimam sicut euangelium, rationibus de quibus per eum, sicut etiam non potest cogi ad restituendas res liquidas, nisi priùs contrà illam agatur pro redditione rationis, quia potest esse, quòd plus expenderit, vt probat Felic. de societ. cap. 31. num. 69. sed de instrumento inter socios, quòd non habet executionem paratam ante redditas rationes probat idem Felician. de societ. cap. 31. num. 69. & 70. quod num. 73. limitat in summa expressa, etiam ante reuisam rationem, quandò socius promisit illam reddere, puta quolibet mense, ex quo non reddidit tempore conuento, & non docet adesse damnum: reuisa autem ratione non dubitatur dari executionem, vt prosequitur idem Felic. vbi supra numer. 74.

12 Sed † quid dicendum de exceptione erroris calculi, an illa impediat executionem? vide alleg. per Ricc. vbi supra collect. 1149. vers. & quando.

Num. 37.

13 ADDE Rotam in Romana Saluiani 9. Decembris 1613. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano.

Num. 39.

14 Sed quid è conuerso, an executio retardetur ad fauorem administrati contra administratorem pro rebus liquidis, quandò administrator opponit, quòd prius vult reddere rationes, quia poterit ipse remanere creditor, & intendit compensare. Dic quòd nõ ex rationibus, & auctoritatibus de quibus per Benint. dist. 90. in fi. vers. contrarium tamen, vbi hanc opin. dicit magis communiter receptam post Socin. quem allegat, & sequitur in casu in quo tutor offerat se ex nunc paratum

tum reddere rationem, & de magis communi testatur Surd. decis. 184. per totam, & præsertim num. 11. quòd multò magis locum haberet, vbi ageretur vigore instrumenti habentis executionem paratam, latissime Surd. dict. decis. 184. num. 2. vers. Præmissis tamen non obstantibus, vbi præsertim num. 12. vers. non resistunt, respondet contrarijs, & præsertim Caual. de tut. & curat. contrarium tenen. nu. 214. in fin. vers. tamen magis mihi placet, licet postea sentiat contrarium, quando tutor se obligasset medio iuramento ad restitutionem dictorum bonorum, & suam opinionem procedere dicit, quando tutor incontinenti, scilicet durante eadem instantia vult liquidare suum creditum, vt ibi per eum.

Sed contrarium, quod ista exceptio quòd instrumentum non sit exequendum ante reuisam rationem admittatur, plures allegat Felic. de societat. cap. 31. num. 64. & illam firmat num. 69.

Num. 42.

15 De instrumento enim habente executionem paratam dici solet, solue & repete, Allegat. per Felic. de societat. cap. 31. num. 71.

16 Sed An debitor vinculo huius obligationis astrictus, possit opponere beneficium Auth. Hoc nisi C. de solut. & in hoc articulo in terminis statuti tollentis omnem defensionem, Rota Bononien. decis. 70. per totam, & præsertim num. 21. vers. nec resistere visum & num. seq. in nouiss. diuers. tenet quòd non censentur exclusæ exceptiones executionem magnificantes, & ad hoc alios allegat, sed forsan in terminis nostræ obligationis contrarium erit verum propter iuramentum in illa contentum, quo stante cessat hoc beneficium, Rota Bonon. dicta decisione 70.

Num. 47.

17 ADDE Addentes ad Magonum decis. Lucen. 21. verbo exceptio non implem. littera G. Ricc. in collect. decis. 1245. vers. amplia 5. part.4. in vltima edit. vbi ampliat procedere etiam si in minori parte verificetur non implementum, Rota in Romana executionis laudi 26. Iunij 1613. coram R. P. D. Vbaldo, & in Romana euacuationis 27. Ianuar. 1615. coram eodem.

Num. 54.

18 ADDE Ricc. collect. decis. 1245. vers. sed intellige si à parte part. 4. in vltima edit.

Num. 58.

De exceptione rei non tradita quod admittatur contra hanc obligationem latissime Gratian. discep. foren. cap. 411. per totum, & præsertim num. 11.

Num. 59.

19 Vt tradit Galles. infra quæst. 18. num. 5. Felic. alios allegans de societat. cap. 31. sub num. 70.

Num. 63.

20 Sed quid si opponeretur de præsumptione l. Quintus, ff. de iure dotium, an propter illam sit retardanda executio nostræ obligationis, & non habet difficultatem quòd illam impediat quando sumus in puris terminis d. l. secus in fallentijs, vt respondet Rota in Romana societ. 23. Ianuarij 1593. coram Card. Pamph. de qua per Marches. de commiss. part. 1. pag. 843.

843 Non suffragatur autem quando allegaretur ab alio, quam à Marito, & eius hæredibus aliàs autem non esset propter illam retardanda ista executio; Præsertim vbi maritus in eodem instrumento se obligasset cum vxore, quia ex hoc resultat tacita confessio mariti, quòd pecuniæ essent vxoris, quæ confessio etiam contra ipsum maritum & eius hæredes facit cessare præsumptio, l. quintus. vt latius Rota in dict. Rom. soc.

Num. 65.

21 Et propterea licet contra consentientem reseruation. pensionis possit agi executiuè stante obligatione Camer tamen hoc procedit, quando gratia est pura, secus verò si contineat conditionem, vel modum, quia tunc consensus recepit eandem conditionem, vel modum, & non liberat ab onere iustificandi, & consequenter non iustificata clausula dummodo remaneant centum non potest procedi ad executionem huius obligationis, vt fuit decisum in vna Aretina Pensionis 28. Iunij 1600. coram Illustrissimo Millino, de qua per Marches. de Commiss. part 1. de Commiss. appellat in Causis pensionum §. 1. pag. 538. Gratian. disceptat. forens. cap. 365. num. 41.

Num. 65.

22 Et quòd obligatio conditionalis non habeat executionem paratam. Ricc. post alios collect. 839. vers. infero 6. in vlt. edit. & de obligatione penes acta quod non habeat executionem paratam quando est conditionalis, Rota Genuen. decis. 28. num. 9. in fine.

Num. 67.

23 ADDE Allegat. per Felic. de societ. cap. 29. num. 58. vers. & competit.

Num. 68.

24 Quòd præsertim procedit quando in instrumento assertum fuit, rem venditam esse liberam, & fideicomm. non subiectam, vel si fuisset dictum nullum fuisse factum de illa contractum, nec quasi contractum quod idem est in effectu, cum dicta assertione, tunc enim posse agi executiuè ad repetitionem pretij si detegatur res obligata, vel fideicommisso subiecta, dicit Seraph. decis. 321.

Num. 69.

Quod exceptio rei non liberè traditæ admittatur contra hanc obligationem post plures decis. Gratian. disceptat. forens. cap. 411. sub num. 12.

Num. 79.

25 Obligat. Camer. & reliqui actus intelliguntur rebus sic stantibus, Rota diuers. decis. 123. num. 16. par. 2. Vbi ideo
26 si aliquis † se sub hac forma obligauit ad soluendum certam summam, quam attento calculo credebat se debere si calculus aliter se habeat, non potest vigore huius obligationis conueniri.

Num. 80.

27 Hinc putarem posse opponi contra hanc obligationem, quòd illa est facta in carceribus metu diuturni carceris. Rota in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis, & 21. Iunij 1610. coram R. P. D. Pirouano, vbi respondet contrarijs est enim carcer iustus metus. Allegat. per Riccium collect. decis. 943.

Num.

Num. 83.

28 Et decisiones ad hoc allegant Riccius collect. decis. 1234. vers. Amplia etiam. par. 4. in vltim. edit. Gratian. discept. forens. cap. 423. num. 46.

Num. 85.

29 ADDE Rotam in Romana execut. Laudi 2. Maij 1614. coram R. P. D. Vbaldo.

Num. 92.

30 Et quòd exceptio falsitatis causæ, non admittatur contra hanc obligationem, nisi sit euidens decidit Rota in dicta Romana execut. Laudi, vbi fuit etiam dictum non sufficere quòd iudex de tali defectu causæ dubitare posset, ad hoc, vt intret executio huius obligationis.

Num. 95.

31 Aduerte autem quòd Bald. tenet contrarium, vt refert Cassan. in consuet. Burgun. rubr. 11. tit. des censes §. 6. num. 10. vers. sed contrarium, & illius opinionem sequi videtur
32 num. 11. Sed contrarium † est verior opinio, Gratian. discept. forens. cap. 280. num. 5. Rota in Bonon. execut. apocarum 27. Iunij 1611. coram R. P. D. Vbaldo, & de iuramen. Guarantigia, & oblig. Camer. Gratian. discept. forens. cap. 423. sub num. 48. vers. quicquid.

Num. 101.

33 Et † quòd omnis exceptio, quæ in continenti probari potest admittatur contra hanc obligationem, tenet Galles. infra

fra quæst. 18. num. 5. in fine, Rota in Romana pecuniaria, seu mercium 5. Iunij 1613. coram Reuerendissimo Domino Damasceno, de qua per March. de Commiss. par. 1. pag. 776.
34 sub num. 2. & Ideò † statutum prohibens posse opponi exceptiones, non intelligitur prohibere eas, quæ in continenti probari offeruntur, vt post plures contra alios tenet Fenut.
35 de moment. tempor. cap. 14. num. 4. vbi ante † num. 2. dicit, quòd probatum esse, & posse incontinenti probari pa-
36 ria sunt. & per totum cap. 14. ponit † multa priuilegia
37 probationis in continenti factæ quando † autem probatio dicitur fieri incontinenti, ponit latè idem Fenut. cap. 15. per totum.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Simulationis exceptio vbi requirit altiorem indaginem reijcitur.*
2 *Compensatio non admittitur contra hanc obligationem.*
3 *Pro legato, An agi possit executiuè.*
4 *Compensationis exceptio admittitur in quolibet iudicio etiam rei iudicatæ.*
5 *Et admittitur contra hanc obligationem, quando debitum quod prætenditur compensari est contrarium post illum.*
6 *Reconuentio non retardat executionem instrumenti Guarantigiati.*
7 *Retentionis exceptio pro melioramentis, an admittatur in executiuis.*

Num. 4.

1 ADDE Rotam in causa Esina pecuniaria 9. Iunij 1614. coram R. P. D. Caualerio.

Num.

Num. 8.

2 Et quod compensationis exceptio non admittatur contra obligationem Cameralem. Gratian. decis. Marchiæ 179. numer. 9. Marta de claus. part. 1. clausula 297. num. 2. in fin. in vlt. edit. Io. Alois. Ricc. Collect. decis. 452. vers. 5. par. 2. Ioseph. de Sesse, decis. Aragon. 90.

Num. 14.

3 Et in quolibet iudicio etiam rei iudicatæ ista compensationis exceptio admittitur, vt firmauit Rota in Romana pecuniaria seu mercium 5. Iunij 1613. coram Reuerendissimo Domino Damasceno.

Num. 16.

4 Et licet Rota aliquando noluerit hanc opinionem firmare scilicet quòd pro legato possit agi executiuè immo potius videtur inclinare in contrariam sententiam, vt in causa Mediolan. legati 30. Octobris 1585. coram Card. Pamph. tamen est communis opinio de qua testatur Becc. cons. 17. num. 6. post Natt. cons. 626. Simon de Prætis de interpr. vlt. volunt. lib. 5. interpr. 2. dubit. 3. num. 151. & firmauit Rota in dicta Romana Palatij 12. Nouembris 1610. coram Reuerendissimo D. Damasceno, & illa prorsus difficultate carere quando hæres non negat testamentum dicit Becc. dict. consil. 17. numer. 7.

Num. 18.

ADDE Martam de clausul. par. 1. clausula 297. sub num. 2.

Num.

Num. 18. verbo *tanto minorem.*

6 Et quòd reconuentio non retardet executionem instrumenti guarantigiati, Menoch. de adipiscenda remed. 4. numer. 649.

Num. 20.

7 Aduerte autem quòd retentio pro melioramentis datur in executiuis quando de illis constat saltem in genere secus alias Rota in Romana de Thesauris 11. Ianuar. 1613. coram Reuerendiss. Domino Damasceno de qua per Marches. de Commiss. appellat. à mandato de euacuando par. 1. §. primo pag. 1087.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus in forma Cam. An admittatur ad cessionem bonorum.*

2 *Clericus obligatus sub hac forma ad solutionem pensionis tenetur dimittere beneficium, si non est soluendo.*

3 *Dilatio, an concedatur obligato in forma Cameræ:*

4 *Executio laudi lati vigore compromissi continentis hanc obligationem pro illius paritione non potest retardari.*

5 *Statutum si tribuit paratam executionem laudo, non impeditur per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri.*

6 *Statutum cogens ad compromittendum non procedit in causa executiua.*

Numer. 1.

1 Vide Iacob. Machel. patrocin. 42. num. 1. & per tot.

Num.

Num. 2.

2 ADDE Gratian. discept. forens. cap. 221. num. 50.

Num. 5.

3 Et quod dilatio non concedatur obligato sub hac forma Iacob Machel. patroc. 42. num. 1. & seq. sed contrarium quod dilatio quinquennalis concedatur obligato in instrumento Guarantigiato, Ricc. collect. decis. 393. par. 2.

Num. 11.

4 Et quòd executio laudi lati vigore compromissi habentis obligationem Camer. non possit retardari, Marches. de commiss. appellat. à laudo par. 1. §. 1. num. 115. Rota in Roman. executionis laudi 26. Iunij & 2. Decembris 1613. coram R. P. D. Vbaldo.

5 Et in terminis quando statutum daret executio para tam laudo, quòd illius executio retardetur, non obstante petitione reductionis ad arbitrium boni viri. Rota Bonon. post alios decis. 81. num. 82. in nouiss. diuers. licet Addentes ibi vers. præcipua est illa plures allegant ad probandum quòd de iure reductio petita impediat executionem.

Num. 16.

6 Sed statutum de compromissis non habet locum in causa executiua, quia illa dicitur expedita, & iudex non dicitur definire, & iudicare, sed definitum, & iudicatum exequi; & sic nulla potest considerari lis quæ veniat compromittenda, Rota Bonon. post alios decis. 64. num. 1. in nouiss. diuersorũ.

QVÆ-

QVÆSTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non retardat executionem obligat. Camer.*

2 *Illa non tamen censetur exclusa in terminis statuti, reijcientis omnes exceptiones.*

Num. 1.

1 ADDE † Ricc. Collect. decis. par. 2. collect. 452. vers. quartum, & par. 4. collect. 1177. vers. primo quòd.

2 Sed † non censetur adempta, nec exclusa per statutum reijcien. omnes exception. Carol. de Grass. de except. 43. exc̃ept. num. 10 Rota Bonon. decis. 126. sub num. 6. quòd declarat non procedere quando statutum in specie reijceret hanc exceptionem.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio, vel absolutio à iuramento, conceditur sine partis citatione, ac etiam illa inuita stante etiam hac obligatione secundum stylum.*

2 *Contrarium de iure.*

3 *Absolutio à iuramento in terminis nostris non impedit executionem.*

Num. 1.

1 Vide † Gratian. decis. March. 165. Ricc. collect. decis. par. 3. collect. 686. vers. limit. 7. par. 3.

Num.

Num. 2.

2 Et † quod stante hac obligatione non detur habilitatio à iuramento post Rotam inter recollect. à Farinac. decis. 95. Ricc. collect, decis. par. 4. collect. 1360. vers. septimo.

Num. 12.

ADDE † idem, scilicet quod executio nostræ obligationis non impediatur per absolutionem à iuramento. Adde Gratian. decis. Marchiæ 165. num. 4. Ricc. collect. decis. par. 2. collect. 452. ver. secundum quia, vbi idem dicit de executione obligat. penes acta curiæ, & loquendo de obligatione penes acta idem Ricc. par. 4. collect. 759. vers. limitatur tertio. Dominicus Picus ad cap. 151. lib. 1. Stat. Vrbis post Boccac. glos. 23. num. 50.

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. quando est in apoca priuata, an habeat executionem paratam. Amplia vt ibi.*

2 *Via executiua concessa à statuto publicis documentis cessat in apoca priuata.*

3 *Scriptura priuata etiam recognita non habet executionem paratam.*

4 *Fallit quando partes conueniunt quod scriptura priuata habeat virtutem oblig. Camer.*

5 *Citatio requiritur in executione instrumenti confessionati, & guarantigiati.*

6 *Oblig. Cam. tribuit facultatem procedendi per audientiã contradictarũ.*

7 *Obligat. Camer. continet iuramentum.*

Num.

Num. 2.

1 Et † Galleſ. hic refert, & ſequitur Moron. de fide treugæ, & pace quæſtione 11. num. 6. vbi dicit ita ſeruari in Curia Anconitana, ſcilicet quod hæc obligatio executioni mandetur, quamuis ſit in apoca priuata, & ita ipſum iudicaſſe, licet inclinet in contrariam partem, poſt Stracc. quem allegat, ſed tenet opinionem Galleſ. illamq; Amplia etiam ſi apoca eſſet tantũ ſubſcripta à debitore, quia vigore ſubſcriptionis danda eſt executio, quando ſtatutum mandat quod detur executio contra ſcribentem, vt poſt alios Rota Bonon. de-
2 ciſ. 126. ſub num. 11. in nouiſs. Verum † non omittas notare quod via executiua conceſſa à ſtatuto publicis documentis, ceſſat in apoca priuata ex latè allegat. per Martam de clauſul. par. 1. clauſula 213. num. 1. in vltima edit. & regu-
3 lariter † ſcriptura priuata etiam recognita non habet executionem paratam. Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 11. num. 17.
4 Quod † fallit ſi partes conueniunt quod priuata ſcriptura habeat virtutem oblig. Camer. nam tunc executionem habebit vigore prædicta obligat. poſt Galleſ. Moron. & Stracc. de aſſecurat. gloſſ. 37. vbi ita ſeruari dicit Felician. de ſociet. cap. 29. num. 86.

Num. 12.

5 Et † quod in executione inſtrumenti Guarantigiati, & confeſsionati, & ſic in alijs citatio requiratur. Ricc. collect.
6 deciſ. par. 1. collect. 103. Tamen † obligatio Camer. tribuit facultatem procedendi per audientiam contradictarum, abſque eo quod principalis perſonaliter, vel domi ad iudicium vocetur, Rota in Romana, ſeu Bracaren. pecuniaria 2. Decembris 1594. coram Orano.

Num. 14.

Num. 14.

7 ADDE ✝ Martam de præuent. tribun. Vrbis Romæ cap. 2. sub num. 4. vers. item munitur.

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an possit cogi vigore memoriæ societ. ad faciendum instrumentum cum obligatione Camer.*

2 *Debitor An cogi possit ad faciendum instrumentum cum hac obligatione.*

3 *Obligat. Camer. operatur idem, quod res iudicata.*

4 *Obligatio nostra apponenda est in instrumento stante consuetudine illam apponendi.*

5 *Idem in Guarantigia constituto, & precario.*

6 *Obligatio Camer. solet apponi in instrumentis societ. offic. licet sine illa talia instrumenta habeant executionem paratam.*

7 *Obligatio Camer. Guarantigiæ, & simil. regulantur secundum naturam contractus, cui accedunt.*

8 *Et recipit easdem conditiones, & subintelligitur clausula, si ita est.*

9 *Obligatio ista quæ fit à titulari, ad fauorem pensionarij quomodo intelligitur.*

10 *Obligatio nostra, de soluendo fructus, & expensas in iudicio attentatorum, non impedit recursum ad signaturam in casu de quo hic.*

Num. 1.

1 Sed ✝ quid si in memoria societatis diceretur quòd aliàs fuit confectum instrumentum, An cogi possit Notarius vigore talis memoriæ ad faciendum instrumentum cum hac obligatione, disputat Castrac. de societ. offic. cap. 11. nu. 20.

Num. 2.

2 Et † pro opinione Gallcs. quòd debitor cogi possit ad faciendum instrumentum cum hac obligatione, plures allegat Felic. de societ. cap. 29. numer. 87. Sed opinionem contrariam quam tenet Rota comprobat dicto numer. 87. vers. Sed contrarium, vbi rationem assignat, quia debitoris conditio longe deterior efficeretur, operatur enim ista obligatio idem quòd res iudicata, vt post Turret. & alios, Mart. de
4 clauf. par. 1. clausula 297. num. 5. in vltim. edit. † Sed stante consuetudine non faciendi instrumenta nisi cum obligatione Camer. admittunt omnes illam esse apponendam, vt post Nauar. & alios, Felic. de societ. cap. 29. num. 91. &
5 loquendo † de Guarantigia, & præcario idem firmat post alios Gabr. de consuet. concl. 3. num. 15. & seq. & de Guarantigia constituto, & præcario. Marta de clausul. par. 1.
6 clausula 276. num. 4. in vltim. edit. Et † cum, vt dixi hodie de consuetudo ista obligatio soleat apponi in omnibus instrumentis, vt loquendo de instrumentis societ. offic. licèt etiam illa circumscripta haberet executionem paratam, dicit Leonell. super Bulla Pij IIII. de societat. offic. glos. 22. vers. licet autem sine dubio. vbi talis consuetudo viget est apponenda.

Num. 2.

7 Ista † enim obligatio Guarantigia, & similes regulantur secundum naturam contractus, cui accedunt ita vt si non valet contractus ista obligatio nihil operetur, vt de Guarantigia Gabr. de Clauf. conclus. 10. in princ. & recepit hæc obligatio easdem conditiones, & subintelligitur clausula, si ita est, vt post alios Gratian. discept. forent. cap. 508. sub n. 19.
9 & propterea † quando fit à titulari ad fauorem pensionarij, intelligitur si præces. veritate nitantur, Rota in Asculana pen-

pensionis 7. Febr. 1586. coram Cardinali Pamph. & tanquã accessoria ad pensionem ab ea regulari debet, nec vltra extendi, Rotam dicta Asculana pensionis.

In fin.

10 Inde † octauo hæc obligatio de soluendo fructus, & expensas in iudicio attentatorum, non impedit quod taliter obligatus, non possit obtinere commissionem quod constito de paupertate, fructus & expensæ reseruarentur in fine litis, quia dicta obligatio intelligitur si, & quatenus de iure teneatur illas reficere, tunc non essent reseruandæ in fine litis, Lancellott. de attent. 3. par. cap. 26. de probatione attentatorum num. 76. & seqq.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Vsura exceptio an impediat executionem, & numeris seqq.*
2 *Contra instrumentum iuratum, an possit opponi quod contractus est vsurarius.*
3 *Vsura exceptio quando est turbida, non impedit executionem.*
4 *Immo etiam quando est clara, secundum aliquos.*
5 *Obligatio Camer. vbi adest pro summa expressa, & pro quauis alia pro expressa datur executio.*
6 *Executio liquidi non retardatur propter illiquidum.*
7 *Tutor via executiua cogitur ante redditas rationes reddere res inuentariatas.*
8 *Certa quantitas promissa in instrumento, cum hoc, quod si facto calculo reperiatur minus deberi, non censeatur promissa ante factum calculum peti potest.*
9 *Pro interesse agi non potest vigore huius obligationis quando fuit promissa ratificatio illa non sequuta.*

10 *Pro interesse competit hypotheca vigore huius obligationis.*
11 *Pro interesse expresse non promisso, agi potest vigore huius obligationis.*
12 *Amplia etiam si non sit liquidum.*
13 *Statutum dans executionem paratam instrumento, intelligitur quo ad expressa.*
14 *Executio obligationis Camer. non datur pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris.*
15 *Intellige vt hic.*
16 *Instrumentum habens executionem paratam executioni mandatur etiam pro his, quæ tacite insunt.*
17 *Executio huius obligationis competit pro enunciatis in instrumenta.*
18 *Inde pro restitutione dotis in casibus de quibus hic.*
19 *Conductor finita locatione, si tacitè conducat non potest executiuè conueniri.*
20 *Contrarium.*

Num. 1.

1 ADDE ✝ allegatos per Surd.cons.327. n.9. post Galles. hic licet ipse contrarium teneat in terminis instrumenti habentis executionem paratam ex forma statuti reijcientis omnes exceptiones, vt latissimè per eum ibi à nu. 12. vers. diligentius tamen, & præsertim num.17.& seq. firmat quod exceptio vsurarum non retardet executionem instrumenti quando habet executionem paratam post plures, quos allegat, & in terminis instrumenti guarantigiati quod eius executio non retardetur per exceptionem vsurarum tenent allegati per Gratian. discept. forens. cap. 118. num. 4. Intellige non procedere quando ex aliqua coniectura, vel præsumptione constet de vsura, Gratian. d. cap. 118 num.4. sed difficultatem non habere quod ista exceptio admittatur, quando poterat agi executiuè, & actum fuit ordinariè, Gratian. dicto cap. 118. num. 49.

Num.

Num. 2.

2 Et † quod stante iuramento promissor teneatur ad vsuras, & de illis opponere non possit Surd. cons. 327. num. 15. vbi & numeris seqq. plures allegat Felic. post alios de societ. cap. 31.
3 num. 72. & in terminis † obligationis nostræ difficultatem non habet, quod exceptio vsurarum non admittatur quan-
4 do est turbida, immo † etiam quando est clara, secundum aliquos, Rota in Rom. executionis laudi 2. Decembris 1613. coram R.P.D. Vbaldo, & in eadem coram eodem 2. Maij 1614. Marches. de commiss. appell. à laudo part. 1. §. primo sub num. 18.

Num. 3.

5 ADDE † Felic. post Galles. hic de Societ. cap. 31. nu-
6 mer. 67. executio enim † illius quod est liquidum non retar-
7 datur propter illiquidum, Surd. decis. 184. num. 4. Inde † tutor quando adest inuentarium cogi potest via executiua ad reddendas res in inuentario descriptas, ante redditus rationes. Borgnin. post alios de tut. & curat. num. 218. Surd. d. de-
8 cis. 184. nu. 3. & seq. immo † in fortioribus, quod si in instrumento esset promissa certa quantitas cum hoc, quod si facto calculo reperiatur minus deberi illa minor quantitas non censeatur promissa, quod nihilominus instrumentum tali casu sit exequendum pro illa quantitate antequam fiat calculus, quia promissio est certa licet ex futuro euentu possit variari, & reuolui, tenet post alios Surd. cons. 38. num. 25.

Num. 7.

9 Aduerte † autem quod Rota in vna Anconitana pecuniaria 17. Iunij 1614. coram R. P. D. Buratto tenet, quòd ille, qui promisit facere ratificare concordiam ab aliquo si ratifi-

catio non ſequatur, non poteſt contra promiſſorem agi ad intereſſe, etiam ſi adſit iuramentum ſed hoc euenit, quia illa promiſsio reſoluebatur in factum proprium, ſcilicet de adhibendo diligentiam prout adhibuerat.

Num. 8.

10 ADDE † Mart. de Clauſ. par. 1. clauſula 108. num. 3. in vltima edit. allegat Franciſcum de Ponte conſ. 76. col. 2. & ſeq.

Num. 10.

11 Sed † quod etiam ſi pro intereſſe non adſit expreſsè obligatio poſſit pro illo agi executiuè, cum ſufficiat virtualiter illud eſſe comprehenſum in inſtrumento probat poſt alios, & ſignanter poſt Rotam Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 323. num. 9.

Num. 12.

12 Quòd † procedit quamuis intereſſe non eſſet liquidum, quia nihilominus pro illo peti poteſt executio, & ſatis eſt quod in proceſſu fiat liquidatio huiuſmodi intereſſe, vt in terminis inſtrumenti Guarantigiati, in quo contineretur promiſsio damnorum, & intereſſe de communi, poſt alios teſtatur Viuius commun. opin. verbo ſtatuta, verſ. ſtatutum diſponens quod inſtrumenta executioni mandentur, fol. mihi 274.

13 Ideo † ſtante ſtatuto quod inſtrumenta quarantigiata debeant habere executionem paratam, tale ſtatutum eſt intelligendum ſuper his, quæ in inſtrumento leguntur, non autem de his, quæ in eis expreſſe non continentur, Cacher. deciſ. Pedem. 129. num. 3. latiſſimè in c. de Franch. deciſ. 325. per tot.

Num.

Num. 14.

14 ADDE † Martam de clausul. par. 1. clausula 297. nu. 6.
15 in vlt. edit. Intellige † quando ea quæ veniunt ex interpretatione iuris, allegantur per viam actionis, secus si per viam replicationis, Marta dicta clausula 297. in fin. secundo intellige in rebus, quæ veniunt ex interpretatione iuris, quod pro illis non competat via executiua secus de persona, Rota diuers. decis. 132. num. 14. par. 2.

Num. 16.

16 Et † propterea Surd. decis. 254. num. 39. dicit quod instrumentum habens executionem paratam ex forma statuti, illam habebit etiam pro eo, quod virtualiter restat ex illo, & ratio huius opinionis eiam potest quod quicquid resultat virtualiter, seu colligitur ex verbis dicatur expressum, vt post Aym. consil. 149. num. 11. Surd. d. decis. 254. num. 38. vers. quicquid enim, & ibidem firmat, quòd expressum id dicitur quod sequitur à verbis expressis, & plures ad hoc allegat idem Surd. cons. 143. num. 20. & quod tale instrumentum habens executionem paratam ex forma statuti exequatur in tacitè comprehensis in eo ex præsumptione iuris quemadmodum in expressis est communis opinio de qua post alios testatur Magon. decis. Florent. 3. nu. 20.

Num. 17.

17 Et † alias decis. ad hoc allegant Mart. de clausul. clausula 98. quæ in vlt. edit. est clausula 108. & clausula 297. sub num. 3. par. 1. Ricc. in Collect. decis. par. 4. collect. 951. Inde
18 † competit pro restitutione dotis, quando illa enunciata fuit vigore clausulæ pro quibus omnibus Ricc. vbi mox, & obid si quis in instrumento fatetur se recepisse dotes, poterit con-

tra illum procedi executiuè ad illarum restitutionem, licèt de ea nulla facta sit promissio, si ex forma statuti instrumentum habet executionem paratam, vt post Bart. Bald. & alios. Surd. cons. 205. sub num. 14. vers. & per illum text. & quod pro dote enunciata possit agi executiuè. post Rotam Grat. discept. forens. cap. 115. à num. 27. & pluribus seqq.

Num. 20.

19 ADDE † Felic. de societ. cap. 41. num. 4. Rota in Romana euacuat. 26. Ianuarij 1611. coram R.P.D. Vbaldo. Ricc. loquens de instrumento executiuo par. 4. collect. 1052.
20 vers. sublimita. contrarium † scilicet quod conductor vigore tacitæ reconductionis possit executiuè conueniri conetur defendere. Magon. decis. Florent. 2. nu. 29.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de proximo condemnandus agere potest antequam soluat.*
2 *Fideiussor astrictus per instrumentum penes acta, vel per aliud haben. executionem paratam agit antequam soluat.*
3 *Ille qui habet contra se executionem paratam pro condemnato habetur.*
4 *Fideiussor coram eodem Iudice, coram quo molestatur, potest petere releuationem indemnitatis.*
5 *Non habet beneficium excussionis, quando est obligatus in forma Cameræ.*
6 *Idem quando est obligatus per instrumentum Guarantigiatum, vel aliàs executiuè.*
7 *Fideiussor astrictus vinculo huius obligationis, vel aliàs executiuè, potest petere, quòd fiat excussio periculo suo contra correos.*
8 *Obligatio Camer. an continet clausula in solidum.*
9 *Fideiuss. obligati in forma Cameræ, dicuntur duo rei in solidum principa-*

cipa-

cipaliter obligati, & in solidum conueniri possunt, sed non semper procedit secundum aliquos.

10 *Per obligationem Camer. censetur renunciatum beneficio diuisionis.*

11 *Censuræ relaxari non possunt contra vnum ex obligatis, quandò contra alterum poterat fieri executio.*

12 *Mandatum speciale, An requiratur ad petendam executionem huius obligationis.*

Num. 1.

1 Fideiussor † enim certitudinaliter condemnandus de proximo, potest agere etiam, si non soluerit. Fenut. post alios
2 de mom. temp. cap. 28. sub num. 19. & ideò † obligatus penes acta curiæ, habetur pro condemnato, & potest agere antequàm molestetur. Vincen. de Fran. decis. 200. sub num. 22. vers. quibus addende, & de obligato per instrumentum liquidum habere executionem paratam, post Vinc. de Franc. decis. 414. Ricc. collect. decis. par. 2. collect. 304. vbi secus si non haberet executionem paratam, Rota Bonon. decis. 40.
3 num. 6. in nouiss. diuers. Et † ratio potest, quia ille qui habet contra executionem paratam, vel ex forma statuti, vel ex natura rei, habetur pro condemnato, Rota Ianuen. decis. 28. sub num. 9. vers. nec refragatur, vbi quando tenebatur ex obligatione penes acta curiæ, sed intellige, vt ibi verum non recedas ab opinione Rotæ cōtraria quam supra firmaui.

Num. 2.

4 Sed † bene verum est quod sic fideiussor molestatur à creditore coram aliquo iudice potest coram eodem repetito instrumento obligationis Camer. & citato debitori principali ad dicendum contra molestationes, & ad releuandum indemnem obtinere decerni mandatum, vt post alios Boccac. de societ. offic. num. 76.

Num.

Num. 3.

5 ADDE Ricc. † in collect. deciſ. par. 1. collect. 237. verſ. limitat. 7. poſt Anton. Fab. deciſ. 22. de fideiuſſ. Idemque
6 dicitur quando eſt obligatus per inſtrumentum Guarantigiatum, vt poſt alios Gabr. de fideiuſſ. concluſ. 2. num. 84.
7 Sed † licèt executiue obligatus non poſsit opponere excuſſionis beneficium, poteſt tamen ſecundum aliquos petere, quòd fiat excuſſio periculo ſuo contra correos, Marſil. in rub. de fideiuſſ. ſub num. 65. verſ. & pro hoc dicta Gabr. qui plures congerit pro vtraque parte concl. 1. de fideiuſſ. nu. 43. & ſeq. Felician. de cenſ. lib. 3. cap. 2.

Num. 6.

8 Quod ſemper verum erit in obligatione Camer. † ſi verum
9 eſt quod illa continet clauſulam inſolidum, & † ideo fideiuſſorem in illa dati dicũtur duo rei principaliter, & inſolidum obligati reſpectu creditor, & ideo principaliter, & inſolidum conueniri poſſunt, Rota in cauſa Mediolanen. affictus 29. Martij 1590. coram Orano, quòd ſecundum aliquos intelligitur vbi ſimul, & ſemel in eodem inſtrumento fideiuſſor ſe obligauit cum principali, ſecus, ſi diuerſo tempore, vt poſt alios Fenut. de moment. temp. cap. 2. num. 18. & cap. 22. num. 18. Stracc. ad Aym. conſ. 272. in fin. Aduerte autem quod obligationis Cameralis formula non continet clauſulam inſolidum, Rota in Romana nullitat. obligat. 27. Febr. 1612. coram R. P. D. Pironano, vbi ita aliàs fuiſſe dictum in vna Romana 26. Iunij 1592. coram R. P. D. Pænia. Sed
10 contrafacit † quod per hanc obligationem cenſetur renunciatum beneficio diuiſionis, Rota in Romana Caſalis Palazzetti 16. Decembris 1587. coram Robuſterio.

Num.

Num. 42.

11 Et † quòd quando sunt plures sub hac forma obligati, si contra vnum potest fieri executio, contra alium non possint relaxari censuræ in subsidium, fuisse decisum illo informante refert Marta cap. 2. num. 7. & seqq. & præsertim num 11. vers. & ita, Rota in Romana pecuniaria 19. Decembris 1608. coram R. P. D. Manzanedo.

Num. 31. in fine.

12 Quod † mandatum generale sufficit ad petendam executionem huius obligationis post Gallesi. firmat Rota Bonon. decis. 116. num. 32. in nouiss. diuers. licet addentes ibi littera C. inclinent in contrariam sententiam, allegando not. per me hic quod ego non dico, sed tantum quod mandatum requiratur ad quòd allegaui Cæsar. de Grass. non recedas ab opinione Rotæ, quia est munita auctoritate Bart. quem allegat Gallesi. hic, & roboratur obseruantia de qua per eum.

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *De obligatione Camer. constare non dicitur, ex simplici copia, & mandatum in illa fundatum est nullum.*
2 *Et requiritur recognitio.*
3 *Et requiritur quòd instrumentum sit integrum.*
4 *In executiuis productio instrumenti, est loco petito.*
5 *Executiuè proceditur stante consensu in relaxationem mandati, etiam deficiente obligat. Camer.*

Num.

Num. I.

1 Ideo † instrumentum quòd producitur debet esse authenticum, quia aliàs ex simplici copia constare non dicitur de obligat. Camer. quando non constat de consensu partis de stando copiæ, & ob id mandatum dicitur nullum, Seraphin.
2 decis. 425. num. 1. Alias † enim simplici copia apocæ non producto, nec recognito originali, non potest dici constare, de obligatio. Camer. & propterea tali casu nullam meretur executionem stante præsertim protestatione partis quòd recognosceretur, Rota in Perusina pecuniaria 28. Nouembris 1602. coram R. P. D. Manzanedo, vbi etiam, quod de tali recognitione non est standum Notario. Quando de illa non
3 fuit rogatus. Immo † instrumentum debet esse integrum, & non sufficit quod producatur in parte allegati per Benign. ad stat. Agricolt. Vrbis cap. 25. littera B, vbi subiungit quod reo volenti copiam vnius partis, non est deneganda. In exe-
4 cutiuis enim productio instrumẽti est loco petitionis, vt post alios Rota Bonon. decis. 116. num. 53. in nouiss. diuers.

Num. II.

5 ADDE † Gratian. disceptat. forens. cap. 525. nu. 62.

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *In liquidatione, an proceditur executiuè.*
2 *Liquidationis causa est ordinaria.*
3 *Liquidatio præcedere debet executionem.*
4 *Instrumentum non potest habere executionem paratam, nisi sit liquidũ.*

5 *Statutum dans executionem paratam instrumento, intelligitur quando est liquidum.*

6 *Liquidationis negotium est, quid diuersum ab executiuo.*

7 *Sed non agitandum separatim ab executiuo, ne de summario efficiatur ordinarium.*

8 *Appellare an liceat in iudicio liquidationis.*

Num. 4.

1 Quod † negotium liquidationis non sit executiuum pro-
2 bat Felic. de socier. cap. 31. num. 60. Et † quod sit ordinarium firmat Rota Bonon. decis. 19. num. 5. in nouiss. diuers.
3 Debet † tamen præcedere liquidatio executioni. Cacher.
4 decis. Pedem. 129. num. 6. Instrumentum † enim ad hoc vt executionem paratam habeat liquidum esse debet. Cacher. dict. decis. 129. num. 5. vbi num. 8. in fin. dicit, quòd licet contra illud non posset opponi exceptio, Nihilominus opponi potest, vel quod est nullum, vel quòd non est liquidum quæ duo à pari procedunt, vt ibi per eum, & propterea
5 statutum † disponens quod instrumentum habeat executionem paratam, quod intelligatur quando est liquidum, quia aliàs non meretur executionem. Surd. cons. 38. numer. 15. Viuius commun. opin. verbo statutum, vers. statutum disponens quòd instrumentum executioni mandentur in fine. Ricc. collect. decis. par. 4. collect. 759. vers. sublimitatur hanc cum alijs de quibus per Rotam Bonon. decis. 126. num. 25. in nouiss. diuers. vbi num. 35. ponit, quando instrumentum
6 dicatur esse liquidum, immo † negotium liquidationis est quid diuersum ab executiuo, vt post Galles. hic allegati per Rotam Bononien. decis. 19. num. 7. in fin. in nouiss. diuers. Non † tamen est agitandum seorsum à iudicio executiuo,
7 cum esset inutile, quia ex summario efficeretur ordinarium iudicium, sed si agitur simul cum iudicio executiuo esse eiusdem naturæ atque summarium, sicut executiuum dicit Rota Bonon. dict. decis. 19. num. 22. Sed an in iudicio liquidationis

nis liceat appellare, Vide Rota Bonon. dict. decis. 19. per tot. & ibi Addentes distinguentur, sed quod absolutè stante
8 hac obligatione non detur appellatio, etiam super liquidatione, tradit Moron. de fid. Treg. & Pace quæstione 37. num. 75. vers. idem quando.

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur stante obligatione Camer.*

2 *Guarantigia probata per testes, non habet viam executiuam.*

3 *Instrumentum non censetur vulneratum per solum compromissum nisi sequatur laudum.*

4 *Obligatio Camer. non dicitur vulnerata in istis casibus.*

5 *Appellatio admittitur etiam stante hac obligatione, stante excessu.*

6 *Expressio causæ de qua hic, si non concernit totum negotium, an suspendit in totum.*

7 *Ab executione de iure ratione excessus, semel tantum appellare licet, quamuis de stylo bis admittatur.*

8 *Appellare licet ad vtrumque effectum, in ciuitate Bononiæ in terminis nostris vigore statuti.*

9 *Appellare potest actor quando iudex pronunciat instrumentum non exequendum, sed denegatur reo, si pronunciat exequendum.*

10 *Obligatio penes acta curiæ de restituendo prioribus, & potioribus habet executionem paratam.*

11 *Sequestrum obtentum in causa executiua non remouetur cautione, sed solutione.*

12 *Sequestrum semper fieri potest in causa executiua.*

13 *Iurare de calumnia, an debeat in terminis nostris.*

Num.

Num. 2.

1 ADDE † Stracc. ad consf. Aym. 273. verſ. maxime, vbi & poſt not. per me hic Addentes ad Rotam Bonon. deciſ. 116. littera A. in nouiſſ. diuerſ. Eadem Rota Bonon. deciſ. 129. num. 15. & fuit dictum in cauſa Æſina pecuniaria 9. Iunij 1614. coram R. P. D. Caualerio.

Num. 10.

2 Et † de Guarantigla probata per teſtes quod non habeat executionem paratam. Maſcard. de probat. concluſ. 908. num. 5. vol. 2.

Num. 18.

3 Sed † per ſolum compromiſſum niſi ſequatur laudum non cenſetur vulneratum inſtrumen. ſed illud remanet in ſuo robore, & poteſt pro illo agi executiuè, Rota diuerſ. deciſ. 171. par. 2.

Num. 29.

4 Inde † non vulneratur per decretum reuocationis mandati, aliàs vigore illius relaxati, quia vulneratio non extenditur ad obligationem, quando in decreto de illa nulla fit mentio. Rota in Romana ſocietat. offic. 4. Februarij 1608. coram Illuſtriſsimo Lacellotto. Sicut etiam non dicitur vulnerata etiam ſi mandatum fuiſſet reuocatum tanquam iniuſtè, & indebitè relaxatum, vt in caſu deciſ. 132. par. 2. diuerſ. vbi quod talis vulneratio non eſt attendenda ad obligationem, quando in decreto de illa non fit mentio, quia huiuſmodi decreta, vt ibi dicitur ſunt ſtricti iuris, & ideo ſtrictè intelligenda, vt latius ibi num. 12. quod maxime procedit quan-

quando sententia non absoluit reum, sed reseruat facultatem, seu ius agendi illud haberi prætendenti per Rotam dict. decis. 132. num. 12. vbi quia huiusmodi reseruatio de directo repugnaret decreto, super illud iudex voluisset pronunciare contra obligationem.

Num. 40.

5 ADDE † Moro. de fid. treug. & pac. quæstione 37. num. 15. vers. Idem quando adesset obligatio in forma Cameræ.

Num. 42.

6 Verum † ista expresio causæ quando non concernit totum negotium non suspendit in totum, Moron. vbi supra quæstione 37. in fine, vbi dicit ita semel determinasse.

7 Aduerte autem quod de iure ab executione ratione excessus semel tantum licet appellare, licet de stylo bis admittatur. Rota Bonon. decis. 19. num. 59. in nouiss. diuers.

Num. 46.

8 Sed † hoc non habet locum in Ciuitate Bononien. in qua datur appellatio ad vtrumque effectum vigore statuti. Rota Bononien. decis. 116. à num. 1. vsque ad 13. vbi addentes plures allegant littera A, vers. quia in nouiss. diuers.

Num. 49.

9 Qua ratione † stante statuto, quòd ab executione instrumenti Guarantigiati non posit appellari, si pronuncietur instrumentum non esse exequendum, Actor appellare potest, licet reus non posit si pronuncietur affirmatiuè, Rota Bononien. post alios decis. 71. num. 26. in nouisim. diuers.

vbi

Vbi addentes plures allegant vers. videmus in executiuis.

Num. 53.

10 Et de † obligatione facta penes acta Curiæ de restituendo prioribus, & potioribus quod habeat executionem paratã. Vinc. de Franc. decis. 200. num. 22. & nu. 26. vers. cuius contrarium.

Num. 64.

11 Et † quod sequestrum obtentum in causa executiua non remoueatur cautione, sed solutione tantum, Ricc. collect.
12 decis. par. 2. collect. 328. in fin. vbi † dicit etiam quod in causa executiua semper fieri potest sequestrum, etiam quod quis sit soluendo & absit timor dilapidationis.

Num. 65.

13 Et † in terminis Guarantigiæ, & istius obligationis quod agens vigore illarũ teneatur iurare de calumnia, ponit Anton. del Re de iuramento calumniæ cap. 16. num. 61. & 63. vbi num. 64. distinguit Rota in Romana remiss. affictus 19. Octobris 1589. coram Robustero.

LAVS DEO.



INDEX MATERIARVM QVÆ IN HIS ADDITIONIBVS CONTINENTVR.

A

C

 Ca-

F

Illius

Per

Series chartarum.

★ A B C D E F G H I K.

A B C D E F G H I K L M N.

a b c d e.

Omnes ſunt Quaterniones, præter ✠, & N, quæ eſt Duernio, & e, Ternio.





SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE *Ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ. 1619.*

Et venduntur in Bibliotheca eiuſdem Typographiæ ſub hoc ſigno.